



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Actorum. Pars I.

74

& singulos monemus, & per viscera misericordiz Dei nostri obtestamur, ut cum semper laicis hominibus omni virtutae splendore prælueatis, tum maxime hoc tempore ita vos geratis in verbo, in conuersatione, in charitate, quemadmodum Apostolus monet, ut [cum vos posuerit Deus in acquisitionem salutis, atque in ædificationem] officij vestri memores, in iustitia & sanctitate veritatis viuatis: siue abstinentes ab omni specie mali, ambuletis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum & gloriam.

Assidue, castæ, pureque preces Deo adhibete.

Ad rei grauitatem attenti, cuius causa conuenit, tota animi cogitatione, ita cam incambite.

Ad cauponas ne diaertite.

Nolite per plateas vagari, aut per curiositate hac atque illac circumcurare.

Ad synodalem sessionem stata horz indicta solicite conuenite.

Nec verò raptum, sed graui incessu. Vbi conuenitis, loco constituto, super pellicea munda ac decentia, aut alias vestes, pro ecclesiastici beneficij ratione induite.

Décenter vos induiti, ad statum sessio nalem locum non turbulenter, sed quiete accedite.

Bini, quoad eius fieri potest, conuenite.

Ordine confidete.

Mañe priusquam conueniatis, cibum ne capite, sed ieiuni adeste.

Ieiuniū, quod in ecclesiasticis his actionibus olim institutum fuit, ut seruetis, hoc valde hortamur in Domino.

In loco autem benedictionis, quod est templum Dei, confidentes, ne vocibus obstrepite.

Ne tumultibus rem synodalem perturbate.

Ne confabulationibus operam date.

Ne è cancellis, intra quorum fines se si lo diocesana habetur, exite: nisi absolu ta sessione, aut necessaria de causa.

Cum autem exire necesse habetis; facultatem à Vicario generali petite: reserfi ad eundem venite, antequam designato loco confideatis.

Sessione de more absoluta, ne raptim item turbulenterve discedite, sed gravi ter, decoroq; incessu.

Hæc omnia seruate.

Cauete denique quæcunque & ecclesiastice disciplinæ, & synodalis actionis dignitati, & loci venerationi minimè conuenient.

Quoniam vero in huius synodi promotione nobis opus est ecclesiastici hominis adiumento, qui promotoris manus obeat; idcirco constituiimus & decernimus in hac nostra synodo diocesana sexta promotorem Reuerendum D. Octavianum Abbatem, I. V. D. Canonicum Ordinarium nostræ Metropolitane Ecclesie.

Si qui autem vestrum sunt, qui alicuius absentiam excusare velint, Vicarium nostrum generalem adeant, cui illius abstinentia rationem & causam afferant, atque probent.

Si qui vero querelas vel accusationes contra quempiam delaturi sunt, Vicarium nostrum in criminalibus conue niant.

Decretum. II.

VICARI II foranei ad Vicecancel larium eorum nomina (si qui non detulerunt) deferant, qui in sui vicariatus nominis & nomen in synodo presentes ad sunt.

Syndici quoq; portarum itidem præstet (si minus præstiterint) de ijs qui intrahes porta sua habitant, & huic diocesanæ synodo interesse debent; quod facilius cognosci licet, qui presentes non adfuerint.

Decretum. III.

DECERNIMVS, si cui contigerit, qui in hanc nostram synodum conuenierit, suo loco non sedere, aut incedere, aut aliud quippiam agere, gerere: id propter ea nemini ius acquiri, acquisitum esse, neque quidquam de cuiusquam iure possessioneve detrahi: sed omnia in eo ipso statu permanere, in quo antequam hæc diocesana synodus haberetur, esse reperiebantur.

Decretum. IV.

EDICIMVS quoque ac mandamus, ut in Missa orante & singuli sacerdotes

Collecti
Missa & P
catorum
ris.

dotes, orationem, aut collectam, quæ pro peccatorum venia postulanda dicitur, per septem dies deuotè recitent; idemque clerici pia oratione precentur.

Quod ut populus etiā deuotè agat, suos quisq; parochus Christifideles diligenter moneat, atque cohortetur.

vos licet, qui vobis & satisfaciant, & probati sint: ita scilicet, ut qui dimidiā partem suffragiorum, ab iis qui ex compromissione vestro electi sunt ad suffragandum, tulerint, hoc examinandi manus habeant, quousq; alia synodus diœcesana celebrabitur.

Decretum. V.

De Synodi
trid. dec.
recipiēdis,
& professi
fidei præ-
ficienda.
Sess. 15. dec.
de refor. c. 2

A SACRO SANCTA Tridentina synodo illud grauissimè sanctum est, vt quicunque vel hoc tempore, vel in posterum ecclesiastica beneficia obtinebunt, qui item in diaœcesanam synodum conuenire debent; omnes in ea ipsa synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, recipiat oīa & singula, quæcumque eodem Concilio Tridentino decreta & constituta sunt, reliquaque omnia praesertim, quæ in sessione xxv. capite 1. enucleatae præscripta sunt.

Tit. de pro-
fessi. fid. pag.
2.

Atque id ipsum quidem decretum Tridentinū nos in Synodo provinciali prima executi, fidei etiam professionem ex formula præstimus, quā summus Pontifex Pius Quartus concepit & consecrit. Vniuersos igitur & singulos, qui ecclesiastica beneficia obtinent, sacrisve ordinibus initiati sunt, iubemus ac præcipimus, omnia & singula, quæ in oecumenica illa sacra synodo decreta ac definita sunt, recipere, fideique professionem ex Pontificia ea formula præstare: si modò alias id in synodo nunquam præstierunt.

Decretum. VII.

SA CRA item oecumenica & vniuersalis Tridentina Sxnodus iubet, aliquot viros, eosque tales deligi, quales de refor. c. Summus Pontifex Bonifacius Octavus 10. cap. Ita sua constitutione præscripsit.

Qui & alioquin ad id apti & idonei cōstituantur, ut ipsis cause ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur.

Vt igitur illud ipsum Tridentinum decretum nos exequamur, vobis proponimus ac nominamus hos octo viros, quibus cause delegentur; ita ut quatuor ex his suffragijs vestris pluribus designati, munus habeant eiusmodi causas iudicandi, quoad altera synodus habebitur.

Decretum. VIII.

VE TVS est consuetudo sacrosanctis canonum decretis introducta, & de creto provinciali communita, vt Synodus singulis diaœcesanis, viri aliquot vita & moribus graues ac probati deligantur, qui animaduertant diligenter, an ali quid in vrbe & diaœcesi sit, quod corrigi emendari debat: ac si quid tale cognoverint, id nobis, vel Vicario nostro generali, aut visitatoribus nostris significant; interrogati que de aliqua re quæ emendationem requirat, summa integritate referant.

Nos propterea vetus illud, ac probatis sumum institutum, & provinciale decretum secuti, huic muneri proponimus ac nominamus hos viros, quos Cancellarius iusli nostro de suggestu, & in vrbe & in diaœcesi testes synodales pronunciantur.

Superiora proxima decreta, sunt in omni synodo quasi solennia; ut potè, quæ partim initio synodi, partim in sessione synodali, in qua de examinatorebus, de iudicibus delegatis, testibusq; synodibus agitur, promulgari de more solet.

De-

De exami-
natorib. de-
ligendis.
Sess. 24. dec.
de refor. c.
3.

SACRO Tridentino Concilio decretum & constitutum est, quotannis in diaœcesanam synodum ab Episcopis viros aliquot idoneos referri debere; qui diligentem examinis ratione, de vita, moribus, doctrina eorum querant, qui patrochialium Ecclesiarum curationi præsciendi sunt.

Hoc igitur ipsum decretum nos exequi cupentes, animaduertentesque prænotare, diaœcesis amplitudine maiorem examinerum numerum requiri; proponimus vobis hos venerabiles viros viginti tres, quorum nomina à Cancellario de suggestu pronunciabuntur.

Ex ijs porrò omnibus illos deligi per-

De Iudicis
Synodalib.
Sess. 25. dec.
de refor. c.
Summus Pontifex Bonifacius Octavus 10. cap. Ita-
turū de reg.
ser. in 6.

De Testis
Synod. deli-
gendas.
Prou. 4. tit.
de Test. Sy-
nod. pa. 179.